GREGORIUS MAGNUS
Österreich, 12. Jh.
Seite 84r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26085
Copyright: Admont, Benediktinerstift

consideratur. id est puritatis uel defectus conspicit. & iuxta eius intelli
gentiam predicationis suae uerba moderatur. ut describi in audientis
mentis ciuitas ierlm id est uisio pacis possit. Dicat ergo. sume tibi latere
uidelicet praeum cor terrenum. & ponens eum coram te. scilicet ut ui
tam atq; intellectum illius intenta mente custodias. & describes in
eo ciuitatem ierlm. ut ei qui sint supna gaudia de uisione pacis
innotescas. Quasi enim iam ierlm inlatere descripta est. cum terre
na mens ceperit qui sint illa intrinsecus pacis gaudia uera cognoscere.
ad & ad spiciendam gloriam patriae celestis anhelare. Quasi intrinsecus uisio
pacis describitur. quando mens quae prius terrena sapuerat. pamore
iam ad contemplandam gloriam patriae celestis eleuatur. Sed mox ut
animus amare celestia ceperit. mox ut aduisionem pacis intrinse
tota se intentione collegerit. antiquus ille aduersarius qui de
celo lapsus est inuidet. & insidiare amplius incipit. acriores quas
consueuerat temptationes admouet. ita ut plerique; sic resisten
tem animam tempter. sicut ante nunquam temptauerat quando possidebat. Unde scriptum est. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia &
timore. & preparа animam tuam ad temptationem. Vnde & demoniacus
quam dominus sanat. ab ex eunti demone discerpitur sicut scriptum est. Et clamans & multum
discerpens eum exiit. Quid est enim quod obsessum hominem antiquus
hostis quem possessum non discerpserat deserens discerpsit. nisi quod
plerique; diu de corde expellitur acriores in eo temptationes generat
quam prius exercuerat. quando hoc quietum possidebat. Unde & israhe
lite quoq; ad moysen & aaron dicunt. Videat dominus & iudicet quoniam
fetere fecistis odorem nostrum coram pharione & seruis eius. & perbuistis
ei gladium ut occideret nos. In moysen enim & aaron lex & prophe
tia figuratur. Et sepe apud se animum infirmum quasi contra sacra elo
quia murmurat. qua postquam uerba celestia audire & sequi ce
perit. regis egypti aduersitas. id est maligni spiritus temptatio ex
crescit. Debet igitur uigilantem doctor proficientis animae quae illa tempta
tiones sequantur innotescere. ut caute se ualeat contra maligni spiritus
insidias preparare. Vnde bene nunc predescriptam ciuitatem ierlm
inlatere dicit prophetae. Et ordinabis aduersus eam obsidionem. & edi
ficabis munitiones. & comportabis aggerem. In qua enim iam pacis